



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An liceat petere Sacraenta à peccatore, vel Excommunicato, parag. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. III.

An licet petere Sacra menta ab eo, qui peccato mortali, vel excommunications gravatur?

1. **D**E hac quæstione, vide, quæ dixi lib.
s. de Decal. c. 1. §. 4. à n. 39. & in
Opus. de comm. c. 5. §. 4.

Finis de Sacramentis in genere.

L. D. B. V. A C B. A L.

§. IV.

An licet volenti suscipere Sacramentum indignè, illud ipso ministrare.

HÆc difficultas agitat à Doctoribus sub illis terminis: an peccatori publico, vel occulto ministrari possit Eucharistia? Quam ego satis item explicui. in Opus. de Comm. c. 6. §. 6.

LIBER SECUNDVS DE BAPTISMO.

C A P U T I.

De Materia, & Forma Baptismi.

Remota, est aqua naturalis, seu elementaris; proxima, est Absolutio. Forma, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

§. I.

De Materia remota.

Materia remota certò sufficiens ad valorem Baptismi.

1. **S**anè ad valorem sufficit aqua maris, fluminis, fontis, stagni, puteri, cisterne, pluviae.

2. Ros item, & pruina non concreta, aqua, quæ ex vaporibus conflatur, qualis est, quæ in hyeme ex patrietibus exudat, vel quæ repertur in ollarum tegumento, quando illis aqua plenis subiicitur ignis.

3. Præterea Aqua, quæ haberetur ex nive, glacie, grandine liquefactis, aqua decurrentis ex balneo, quamvis odoris sulfuris, aqua expresa ex luto.

4. Aqua denique quamvis calida, quamvis frigida, quamvis odorata, quamvis aliquantulo crassiore, & paucè luto immista,

dummodo aqua sit, & ad ablendum apta. Ratio omnium horum est, quia omnes prædictæ sunt aquæ naturales. Aquam, quæ fluxit à latere Christi Domini naturalem fuisse, censerunt Sancti Patres; quare ad baptismum satis, superque fuisse.

Materia remota certò non sufficiens.

5. Contrà, omnes alii liquores, qui ab aqua specie differunt, quale est vinum, lac, mel, oleum, aqua, quam vocamus ardentem, seu aquam vitis, urina, lachrymæ, saliva, & fudores, aquæ, quæ stillant ex in- a Hanc eßione vitis, ex cucumeribus, ex pepoibus, dubiæ vo- &c. insufficienes sunt, quia non sunt aquæ cat cum naturales, seu elementares. Coninek.

6. Aqua item, ita alterata, vel alio corpore ita immista, ut aquæ denominationem, Casfrop.de Bap. d. uni. naturamque amiserit, huc reducitur, ejus- punc. 3. n. modi est lixivium forte, jus, seu brodium, 2. sed im- faltem illud, quod est spissum, & valde car- merito, est nibus, vel alia materia decoctum, aqua enim certò multo vino immista, &c. Nix, gelu, gla- insufficiens, lutum densum, ut sic, non sunt apta materia, quia non sunt apta ad ablendum.

4. Idem puto de succo herbârum, hoc est de liquore, qui exprimitur ex herbis, vel radicibus, vel fructibus contusis, seu compressis. Aqua enim naturalis ea non est, sed rei contusæ substantia.

Materia